

ITALIA SACRA  
SIVE  
DE EPISCOPIS ITALIAE,  
Et Insularum Adjacentium  
TOMUS QUINTUS

Complectens Patriarchales in Italia singularis dignitatis Ecclesias, earumque  
Suffraganeos Episcopatus, qui in Foro - Julii,  
Venetorumque Dominio enumerantur.


AUCTORE  
FERDINANDO UGHELLO

Florentino Abate SS. Vincentii, & Anastasii ad Aquas Salvias Ordinis  
Cisterciensis, & Sacrae Indicis Congregationis Consultore.

*Editio secunda, aucta, & emendata*

CURA ET STUDIO

Nicolai Coleti, Ecclesiæ S. Moysis Venetiarum Sacerdotis Alumni.



VENETIIS; Apud Sebastianum Coleti. MDCCXX.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

*Ost. Contra S. Caro. Taurini S. S. C. non est. Et ab. S. Aug. 1710*

" sum saepius lustravit, & congregata synodo pra-  
" decessorum decreta probavit, & nova sancivit.  
" Palatum Episcopale refecit, in turri templo con-  
" rigua erexit horologium, seminarii Clericis, qui  
" incertis, & conductis adib[us] errare cogebantur,  
" sedem fixit. Denique optime administrata Eccle-  
" sia in celum evolauit die 24. Januarii 1709. sumu-  
" latus in Ecclesia Patrum Carmelitarum Excalce-  
" torum ante majus altare, nulla ejus laudes prolo-  
" quente inscriptione.



**FORTUNATUS**, nobilissime Venetæ gen-  
tis Maurocenæ germen, celeberrimi Venetiarum  
Principis, invictissimique Duxis Francisci Mau-  
rocentis ex fratre nepos, Ecclesiasticam militiam  
secuturus, ordinis S. Benedicti Casinensis Congre-  
gationis nomen dedit. In quo cum literis æque ac  
pietate egregiè profecisset, Tarvisina insula redi-  
mitus est die 7. Aprilis 1710. cum quadragesimum  
ætatis annum vix excederet. Arreptis habentis  
capit Ecclesiam suam adeo strenue maderari, ut  
omnia in ea ad purioris religionis, sanctiorisque  
probitas normam brevi redigerentur. Sed pasto-  
rallum curarum maxima, quæ pervigilis Anti-  
stites cordi penitus inbœfit, fuit optima ad omnem  
virtutem, atque disciplinam Cleri institutio, e quo  
vitæ bene componenda regula in reliquum popu-  
lum emanat. Per grande igitur molitus est opus,  
& ingenti non deterritus sumptu, nec maximis  
præpeditus difficultatibus ad colophonem perdu-  
xit amplissimum seminartum, in quo centum & se-  
xaginta saltem alumni, commoddè detineri, atque  
doctrinis imbuvi possint. Multiplices in eo discipli-  
narum sue minoram, five graviorum magistros  
statuit, & cumulatum inservientium familiarium  
numerum, adeo ut nibil ad amplitudinem, usum,  
commoda, atque etiam decorem, quod in eo posse  
desiderari, reliquum sit. Aedes etiam Episcopales  
refecit, ampliavitque, & data occasione inju-  
ris antiquitatis occurrit; cum enim sedata jam  
atque corrupta quamplurima invenisset documen-  
ta, ne malum tam exitiale latus serperet, Archi-  
vum designavit, in quo imposterum custodirentur.  
Pergit autem piissimus Pontifex commissum sibi  
gregem & verbo, & exemplo ad æterna pascua  
ducere: faxitque Deus ut in Ecclesia suæ felti-  
citatem, Patria, ac familiæ decus in avum su-  
perfit.)

## TERGESTINI EPISCOPI.



**T**ERGESTUM Romanorum Colonia ( vulgo Trieste ) litoralis est Istriæ civitas, sex à Forumis ostio, triginta tria ab Aquileja stadia distans, sitaque est ad Superum mare in ipso sinus deflexu, cui à Tergesto, Tergestini fecere cognomen. Illam putant nonnulli Triestum postea fuisse appellatam, quod ter à sedibus suis convulsa, tertio mi-  
serabili excidio sit multata. Illius meminit Cæsar in  
commentariis. Est autem civitatum, quas Istria ha-  
bet, antiquissima, & munitissima; antiquissima, quod  
ejus multa mentio inspersa historiis; munitissima,  
quod pressata illa, & occupata sit à tribus potentissimis Dominis, Romanis, Venetis, & Archiducibus Austriz. Romanorum fuisse coloniam clarius est, quam ut debeat probari: quamquam hoc probant  
lapides, columnæ, aliaque ædificia expressa ad  
formam Romanam, & in iis incisa nomina Roma-  
norū, qui sua quique ætate summe præerant. Et  
certe vis quædam, & altitudo mentis indigenis in-  
dicta fidem faciunt, hanc gentem fuisse ex Ro-  
mano sanguine, cui nativum fuit turbare, & tur-  
bari. Posterior ætas Venetos agnovit Dominos;  
his serviebatur potius, quam parebatur, non quod  
Veneti non possent regere, sed quod Tergestini  
nollent regi. Nam hi populi, scilicet Romani san-  
guinis, & animi non satis modice ferebant, se mis-  
sus sub jugum à Repub. Veneta, quæ post condita  
imperia sola potuit dici æmula illius maiestatis,  
quam Romani eorum parentes præferebant: sive  
parva æmulatione, ut Tergestinæ gloriae suffra-  
gatores sciebant, sive ut inimici odio gentis victoris  
de vicinorum injuryia triumphantis; leguntur inju-  
riæ plurimæ, & gravissimæ, hinc à Tergestinis ir-  
rogatæ, inde à Venetis vindicatae. Ager Tergestinus  
fundit quantum indigenis satis est, non solum  
ad necessitatem, sed etiam ad voluptatem, oleum, sal,  
vinum, frumentum, pisces, fructusque omnis gene-  
ris. Vinum etiam vendit vilissimo pretio toti latæ  
vicinæ. Alia si quis velit magis ad palatum, quam  
ad usum; ad pompanum, quam ad cultum, ea abunde  
subministrat ipsa civitas, quæ ad mare vel po-  
tius in mari sita est. Nam illi monti affixa, & tan-  
dem acclivis, quasi se provolvit in portum, opportu-  
ne quod ipsa ut portus, opportunius quod portibus  
undique cincta, Humago, Hugia, S. Joannis,  
Pavore, & aliis, quorum singuli hinc à Spalato,  
inde à Venetiis navigatione dieci unius plus  
minus absunt, & affert in Germaniam, quicquid ha-  
bet Germania, & infert in Germaniam, quicquid  
habet Oriens; cui etiam parti si dixerim vicinam,  
non satis dixero, ita illa æque vicina est partibus  
omnibus, quippe sita in fauibus maris Adriatici,  
e media prospectans à fronte in Venetos, à tergo  
Germaniam, dextorum in Forumjulum, finis-  
torum in Istriam, undique in Dalmatiā, quæ  
pene itineris, aut navigationis ratione, quasi una  
omnium orarum partium est, & sic vicina colligit,  
sive bona, sive mala, ut est cura eorum qui præfunt,  
vel malum cohibentium ne fiat ad introitum conta-  
gio, vel spargentium bonum, ut fiat odor ad salu-  
tem. Episcopus Tergestinus antiquus est, quod

consit ante mille annos, ut patet ex Concilio Romanano sub Agathone Papa celebrato anno Christi 680. cui subscriptis Gaudentius S. Tergestinæ Ecclesiæ provinciæ Istriæ. Ipsius Antistes suffraganeus jam olim censem Aequilejensis Patriarchæ. Sederunt subinde ad hujus Ecclesiæ clavum pluri-mi doctrinæ, virtutisque notis insignes, ac præter ceteros vigeat *Aeneas Silvius Piccolomineus*, qui postea Pius II. in Pontificatu dictus est, ac Raptius, filios scilicet illibatus politiorum hominum, quos nostra ætas tulit. Eius Episcopus Comitis titulo à Cæsare insignitus, in quem etiam superiores Cæsares plurima privilegiorum ornamenta contulere. Mensæ Episcopalis annuus census florenorum mille: taxatur vero in lib. Camæ Apost. 300. floren. Nobilis & antiqua Cathedræ in ea spectatur, quam S. Justo Martyri consecrarent, cujus glorio sum corpus in eo sacello conditum fertur. Posita est Basilica hæc in editissimo civitatis colle prope arcem, qui hyeme asper, & Boglaborrea, glacie, pluvii & nivibus fœtus, non impedit tamen, quo minus Basiliæ horas omnes, & statas quotidie missas quam diligenterissime obeant. Sunt in ea plurimæ imagines tessellis fabre compositæ ita expressæ, ut nihil pene Italia habeat pretiosius si imagines, absoluimus si artem species. Alia sunt quatuor vel facella, vel altaria, quorum singula dicta singularis corporibus Martyrum SS. Servati, Lazari, Apollinaris, & Sergii. Opinio jam inde à patrum memoria longissime ducta, per omnium hic animos quasi prosemnata est, hos sanctos Tergestinos fuisse. Confirmandæ opinioni adferunt annales, quibus id tantum auctoritatis inest, quod sunt antiqui. Duo hic certa sunt, scilicet hanc opinionem non esse novam, & duos sanctos Apollinarem, & Sergium non esse illos, quos colunt, hunc Roma, illum Ravenna.

Sacris in hac nobili Basiliæ ministrant Canonici decem, e quibus duo dignitate eminent, Archidiaconus, & Decanus. In ipsa civitate præter Cathedram sunt parochiales ecclesiæ nullæ. Decanus enim totius urbis animarum curam gerit. Virorum cœnobia duo, alterum Franciscanorum, alterum Benedictinorum, cui nomen à sanctis Martyribus inditum est, quod Martyrum, qui sub Romanis quasi pura victimæ in primis Ecclesiæ temporibus casi sunt, sanguis hunc locum plurimus irrigavit. Elegans Ecclesia est, elegans monasterium, dives fundi, & facultatum. Virginum septum unum. Tot ecclesiæ non magnæ, loquuntur satis clare Tergestinos fuisse insigni semper pietatis & religionis amore incensos. Neque sane videtur adhuc intepuisse, cum tot ecclesiæ non dote privata, sed charitate civium fundatæ consistant, pristinumque adhuc statum egregie tuerintur. Jam vero cives laici decem sodalitia cojerunt, omnia pietatis officia mira sedulitate exercent; alii procedunt in supplicationes frequentes, insignes vexillo crucis ex sua quisque veste, & face; alii pro defunctorum animabus sacra fieri curant: alii pauperibus alimenta; alii ecclesiæ supellestrem tribui invigilant, & in his est nautarum societas, ad ecclesiam S. Nicolai. Est & ecclesia Beatissimæ Virginis de Grignano à nautis votis, imaginibus, donis semper celebrata, omnique pio officio culta. Diœcesis Tergestina in duas distributa est partes: hanc Montiscari, quæ paret Austria gentis Archiduci: illam Istriæ, quæ serenissimæ Venetæ Republicæ Dominis. Parochiæ Carsimontis undecim sunt, Istriæ decem & septem, & ex his tria sunt oppida, nempe Humago, Muggia, Vinguenta: singula hæc collegiatam habent eccles. cum Canonici: & Vinguentinis quidem commode est, tenuiter Muggianis, laute Humagianis. Humagi aer pestilens, & locus de-sertus a populo. Muggiæ populus cultior, facie ele-

(1) Ante Severum Irenæus & Crux statuit Tergestinum Episcopum Frugiferum, qui 9. Cel. Marti-an. 546. subscriptis donationi Maximiani Ravennatis Archiepiscopi, qui Ecclesiæ B. V. in Caneto diœcesis Polensis in Istris iendas quosdam erogavit, ut ex relatione Aloysii Marcelli Polensis Episcopi an. 1618. edita refert Schonleibus in Annal. Carniolie par. 1. ad an. 548. At mihi tam vetustis antiquitatis monumentum suspectum valde est, tum etiam ex eo, quod in Ravennensis statutis Maximianum non in mente Octobri ejusdem an. 546. Ravennatem Cathedram concindit.

A gantior est, & mercibus vehendis opportunitas. Hic etiam est cœnobium Franciscanorum Conventualium. Reliquæ villæ sunt S. Oderici, Osopo, Lonca, Sdrigna, Rosso, Munch, Draguch, Bonit, Semich, Casmo, Lanischia, Verch, Sovignaco, Sdrigna, quod Blondus antiquum Strigonium D. Hieronymi natale solum esse contendit, repugnantibus aliis, cum nulla hic vestigia antiquitatis extant, sed triginta tantum rusticæ domus, & Sdrignam Dalmaticam ejus patriam fuisse assertentibus; sed nobis Lazius favet. Altera diœcesis pars Carsimontis, & ditionis Archiducalis parochias duodecim habet, quæ sunt Opeherena, Tomai, Pojur, Sanozozza, Uremo, Cascana, Cruschiza, Crenovizza, Ternovo, Telsan, Brezovizza. In universum autem hæc diœcesis complectitur parochias 39. collegiatas tres. Populum Catholicum & pius habet, nisi quod hæresiæ labes, vel viciniæ vitio, vel negligentia quorundam, penes quos bis postremis annis rerum summa erat, ejus aliquot angulos ditionis Archiducalis, Carniolæque subjectos, infecit, quamquam insigni Dei beneficio factum est, ut illa civitatem Tergestinam laetaberet potius extremam, quam intimam perderet. Difficile tamen est revocare à Lutherismo homines, quorum plerique nobiles in seculo sunt, & in sui perniciem adducunt pacem Religionis quam vocant, à superioribus suis commissam, quæ sunt hanc, vel illam, quæ maxime placet, consecrari. Hujus civitatis Præfatum seriem, quam modo damus, e monumentis Tergestini Episcopatus, librisque provisionum Prælat. qui in Vaticano asservantur, ex fide d'epromptis.

## A D D I T I O N E

(1) Tergestum Civitas alias Carnorum, antiquissima, & usque nunc bene munita à S. Hermagora & Christianæ veritatis turba, & primum urbis Episcopum accepisse constans fama est. Quare bic Præfut inter suffraganos retinetur Aequilejensis Patriarchæ, licet Apostolicæ sedi se subdividit censeat intermediate, & multo jam ab hinc tempore Aquilejensis excusserit jugum, & pro re nata ad Nuncium Apostolicum recursus, & accessus fiat; suotamen juri minime derogandum in ista temporis Aquilejensis. Nobilis, & antiqua Cathedræ S. Justi om̄ dicatur, cujus subcellia implent Canonici duodecim, inter quos utraque præbenda defideratur. Ex his tres dignitate eminent Decanus, Archidiaconus, & Scholasticus: & Decanus curam habet animarum totius ciuitatis, quæ ecclie incolarum milibus conflat. Samborum corpora, quæ in ea venerantur, sunt Ss. Justi, Servuli, Lazari, & Apollinaris. S. vero Sergii sacra exuviae non Tergesti, sed Romæ jacent. In urbe, & prope ejus mania sex virorum cœnobia, unicum Montalium visuntur, & duodecim alia seculares Ecclesiæ. Domus pro Episcopi habitatione satis ampla, & nobilis parum distat ab Ecclesia. Seminarium, & mons Pietatis desunt. Diœcesis bipartita est: altera pars spectat ad Austriacos, in qua sunt 13. Parochiæ, Curatæ 14. filiales complures, ita ut omnes 266. Ecclesiæ numerum confiant, & sub his anima circiter 48480. altera ad Venetos, in qua tria oppida cum tribus Collegiatis, Parochiæ 5. Curatæ sex, aliaque item perplures Ecclesiæ, omnes n. 160. atque sub his degunt 5050. mortales. Episcopi census 3000. Floren. Taxa 300.)

(2) SEVERUS (1) Tergestinus Episcopus interfuit an. 579. Concilio Provinciali ab Helia Patriarcha Aquilejensi habito, de quo supra in Aquileja. Illum Smaragdus Exarcha cum Severo Aquilejen. Ravennam asportavit, ubi abjurato Schismate Ecclesia Romane adhaerit.)

(3) FIRMINUS apud Tergestum princeps sacrum

„ sumerat anno 603. temporibus magni Gregorij .  
 „ Hic enim in Histria partibus Schismaticis adba-  
 „ tens tandem ad corredit , gremiumque Catholi-  
 „ cum . Quare Gradenfis Antistes Schismaticorum  
 „ princeps cum nullis artibus eum potuisse iterum  
 „ ad suas partes reducere , molestis , & seditionibus  
 „ civium caput Firmatum deterrere . Hinc excita-  
 „ tus magnus Gregorius scribit Smarago Exarcho,  
 „ deprecans eum , ut sua potentia tantam injuriam  
 „ vindicet Epis. 38. l. II. Indi. VI.)

III. 679. I. GAUDENTIUS interfuit Concilio Roma-  
 no sub Agathone Papa an. 680. a

IV. 2 (1) TAURINUS floruit ann. 911. Hic Beren-  
 gario Longobardorum Regi unice charus fuit , à quo  
 dono accepit castellum Verme à Parentino agro  
 non procul distans . ( „ Diploma refertur ab Ire-  
 „ nō à Cruce in hist. Tergest. p. 620.)

V. 3 JOANNES Antistes fuit anno 948. (2) Cui  
 Lotharius Caesar Tergestae civitatem ipsam dilar-  
 gitus est , adjecto territorio per quindecim millia  
 passuum . ( „ Hanc deinde 21. Febr. ann. i subsequentis  
 „ Communitati cessit , ut ex documento , quod refert  
 „ Irenaeus pag. 644. Interfuit Joannes post ann. 961.  
 „ consecrationi Cathedrales Parentinae , ejusque in-  
 „ serventu an. 965. Rodoaldus Patriarcha Aquile-  
 „ jensis eidem Parentinae Ecclesiae Rubini oppidum  
 „ dilargitus est , ut supra vidimus in Parentinis .  
 „ Joannis memoriam in an. 986. relictus Bucellinus in  
 „ Germania sacra .

VI. 4 RICOLPHUS subscriptus reperitur in Con-  
 cilio Francofurtensi an. 1006. )

VII. 4 ALDOGORIUS ann. 1031. memoratur in  
 privilegio Popponis Patriarchae Aquilejensis . ( „ A-  
 „ dalgerus appellatur in praefato Popponis privile-  
 „ gio : Adalgerius vero in instrumento , quo an. 1072.  
 „ die 2. mensis Maij Zenoni Abbatii S. Nicolai de lit-  
 „ tore Vener. S. Apollinaris Ecclesiam , & vineam  
 „ quamdam in Tergestina diacepsi positas liberaliter  
 „ concessit . Exstat documentum apud Naldinum in  
 „ descript. Justinop. pag. 215. )

VIII. 5 HERIBERTUS banc regebat Ecclesiam an.  
 „ 1082. simulque Justinopolitanam administrabat ,  
 „ cuius Cathedrales Canonicis Plebatum S. Mauri  
 „ de villa insula dilargitus est per concessionis char-  
 „ tam , quam supra in Justinopolitanis attulimus . ]

IX. 5 DIATIMORUS , vel Diasimarus ann. 1139.  
 „ Anno sequenti 1140. Decembri primo interfuit  
 „ Verone consecrationi Ecclesiae S. Georgij in Cano-  
 „ nica à Peregrino Aquilejeni Patriarcha habita ,  
 „ ut proloquitur lapis marmoreus veteribus litteris  
 „ incisus in eadem Ecclesia , ut testatur Vghellus in-  
 „ fra in Veronensis : ac ibi Dethemarus noster Epis-  
 „ copus appellatur .

X. 6 NARVICCUS , quem Artuicum , seu Arto-  
 „ vicum vocat Bucellinus , & perperam ante Dia-  
 „ marum locat circa ann. 1114. immediate praecessit  
 „ Bernardum , ut colligitur ex diplomate Alexandri  
 „ PP. III. Leonardo Abbatii , & Fratribus Monaste-  
 „ ri S. Georgij Venetiarum concessio , quod videre li-  
 „ teratur apud Vghellum infra in Episcopis Castellantis ,  
 „ ubi de ejusdem Monasterii Abbatibus agit . )

XI. 6 BERNARDUS ejusdem sedis Antistes 1177.  
 Canonicis sua Cathedrales plurima bona dilargitus  
 Italia Sacra Tom. V.

A est , ut vitam honestius tolerarent . Interfuit V. e-  
 netius cum inter Fridericu I. Imp. & Alexandru-  
 III. Pontificem isto foedere pax coiret anno 1177.  
 ubi vice Bernardi appellatur Guarnardus . ( Hic Ju-  
 stinopolitanam Ecclesiam sibi commendatam ad-  
 ministrabat , dum esset Tergestinus Episcopus an-  
 1152 de quo vide , qua diximus in Justinopolita-  
 nis . Sed & anno 1149. testis reperitur in diplo-  
 mate Conradi Imperatoris Mosacen . Ecclesiae con-  
 cesso , & supra in Aquilejen. relato .

XII. 7 LIUTOLDUS an. 1188. Tergestinus Epi-  
 scopus testis legitur in transactionis instrumento  
 inter Abbatem Mosacen . & Adelmatam de Duvi-  
 no , quod supra in Aquilejen. descriptissimus : )

7 VVASCALCUS b ad eandem sedem fuit ad-  
 lectus anno 1192. ac post duos annos à sua electione  
 à Patriarcha Aquilejensi confirmatus , cum de jure  
 eligendi inter Capitulum , ac Patriarcham lis fuis-  
 set composita .

B 8 HENRICUS Ravizza , filius Theopompi  
 nobilissimi civis , ad hanc sedem fuit vocatus an-  
 no 1208.

( „ GEBERARDUS erat Tergestinus Episco-  
 pus an. 1209. quo enuntiatur testis in diplomate  
 Otbonis Imper. Valteri Patriarchae concessio , ut in  
 Aquilejen. videtur licet . Anno vero 1211. Gebe-  
 ardus Ep. Terg. habetur testis in decisione qua-  
 dam ejusdem Valteri , seu Vuolbert Patriarchae  
 inter Abbatem Mosacen . & Comitem Goritiæ . )

9 CONRADUS Tergestinus Episcopus obti-  
 nuit ab Imperatore omnium privilegiorum confir-  
 mationem suæ Ecclesie quondam indultorum 1223.  
 Idem erga Canonicos Cathedrales munifice se ges-  
 sit , cum eisdem aliquot sui Episcopatus decimas in-  
 dulsiisset . Decessit 1230. [ „ Conradus electus Ter-  
 gest. interfuit ann. 1214. cutdam sententie Vuol-  
 bert Patriarchae Aquilejen. pro Dominis de la Fra-  
 stina . Vivebat adhuc an. 1232. ut ex ejusdem num-  
 mo hoc anno cuso , de quo Clariß. vir Justus Fonta-  
 ninus in suo libello delle Masnade p. 38. )

C 10 N. Tergestinus electus , ob longam malam  
 valetudinem pene ineptus , à Gregorio IX. an. 1233.  
 exhortatur , ut electioni libere cedat . De quo scriptit  
 idem Gregorius Patriarchæ Aquilejensi , ut cessio-  
 nem recipiat , alterumque idoneum à Capitulo eli-  
 gendum procuret , ut habetur in Reg. Vatic. Ep.  
 256. f. 101. An. 7. Tenor Epistolæ est hujusmodi .

Gregorius Episcopus servus servorum Dei .  
 Venerabilis Fratri Patriarchæ Aquilejensi Salutem  
 &c. Ex parte dilecti filij. Tergestini Elekti propositum  
 coram nobis , quod cum castigans castigaverit cum  
 Dominus , licet non tradidicerit cum morti , sed indul-  
 serit inducas penitentia , usq; adeo ramen est infirmi-  
 tate longa , & quo ad humanos sensus incurabili pre-  
 peditus , quod Ecclesie prælibata Tergest. timetur ob-  
 esse potius , quam prodesse , præsertim cum ejusdem  
 Ecclesie onera supportare nequeat , & eam à malefa-  
 toribus defensare . Quare idem electus per suas no-  
 bis literas supplicavit , ut cessionem suam recipi face-  
 remus . Nos igitur ejus infirmitati debito compaten-  
 tes affecimus monemus , quatenus , si præmissis veritas  
 suffragatur , cessionem ejusdem recipias vice nostra ,  
 Capitulo Tergestino injungens , ut sibi , & eidem Ec-

Bb . 3 cle-

(1) Inter Gaudentium & Taurinum Tergestinos Episcopos intercessisse Joannem , & Fortunatum , qui deinde ad Gradensem Patriarchatum succes-  
 sive translati sunt . Mauritium item , & Joannem alterum , cui anno 88. Lotharius Ludovici filii filius civitatem ipsam Tergestum donavit , Irenaeus à Cru-  
 ce afferit in sua historia Tergestina . Sed de Joanne , & Fortunato cum certum sit ex urbe Tergestina ad sedem Patriarchalem Graden. evocatos , nemo ta-  
 men veterum dicit eos prius patria insula fuisse reditos . Mauritius autem cum ignoretur cuius sedis fuerit in Histria Episcopus , ego potius Emoniensis  
 illum addico , cum ex veteri Baptisterii fragmento habentur . Mauritius hanc quondam occupasse Cathedralm , ut in Emoniensibus diximus . Joannes deinde  
 que , cui Lotharius Tergestum donavit , est ille , de quo Ughellus ad an. 948. ut mox dicemus .  
(2) Lotharii donationem referit Irenaeus à Cruce in hist. Tergest. p. 608. datum VIII. Augusti anno Dom. Incar. 848. Regni vero D. Lotharii Regis XVIII.  
 Indit. III. Ideoque ram Lothario Ludovici filio attribuit , alterumque Joannem statuit , qui eodem an. 848. ante Taurinum vixerit . Sed à Lothario Hu-  
 gonis filio illud diploma emisum evincit omnino subscriptio , qua se Regem appellarat : alius Imperatorem , seu Augustum se appellasset , si illud Lotharius  
 Ludovici filii filius edidisset . Propter illud diploma emanatum optime scribit Ughellus an. 948. qui erat decimus octavus regni Lotharii , licet pro Ind. VI.  
 eryone scripsit Amanuensis III. Id etiam colligitur ex Odoricu Cancelleri subcriptione , qui alia item diplomata hujus Lotharii Hugonis filii signavit ad  
 vicem Brundischi ( Brundisi mendosi scribitur in hoc , de quo loquimur , diplomatico ) ut videre est in hujus operis tom. 2. in Mutilen. p. 1048. in Regien.  
 pag. 266. Nullius profecto momenti sunt , quae opponit Irenaeus . Et primo quidem labitur , dum alienum à veritate putat decim & octo regni annos Lotha-  
 rius Hugonis filio attribueret , cum reverè à patre in regni confortium addicitus fuerit an. 910. à quo eius regni Epochæ lumen exordium . Cum autem Lotha-  
 rius in diplomate afferat se eam donationem tradere , pro amore Dei , anima que nobis patris , ne fratre remedio , argui non potest Lotharii patrem jam vita  
 functum , & proinde eam minime factam à Lothario II. cuius pater Hugo anno 948. adhuc degebat in vivis . Nam si Lotharius tenuit se donare pro remedio  
 anima sua , & tamen viveret , quid obstat quia viveret etiam Hugo eus pater , cum aequo pro ejus anima remedio le donare fatetur ? Ceterum in plu-  
 sius erogationes , & facias locis donationes fieri pro vita functis , sequit ac viventibus innumeris edocent documenta . Neque incredibile esse potest  
 Joannem fuisse tantum 6. mensibus fuisse civitatis dominum , vel video bonorum Ecclesiae sua dilapidatorem , vel pecunis inhantem , eo quod urbem com-  
 munitati vendiderit 500. Marchis aur. an. 949. die 21. Februario . Ut enim ejus aevi sit vendidit in charta , quam refert Irenaeus , ex ea fatis apparet urbem à  
 Joanne communitatil divenditam ad solvendam es alienum , quod in gerendo bello pro Ecclesia sua tuendis bonis infumperat , & ad tollendas discordias ,  
 quae inter ipsum , stusque Canonicos , & Communitatem ortæ jam fuerant , vel subiorti potuerint .

XVIII.

olesie, de persona idonea prouideat in Pastorem.  
Datum Laterani 9. Kal. Decembr. Pontif. nostri  
anno VII.

11. JOANNES hujus nominis II. anno 1236. Adhuc electum scribit Gregorius IX. anno 13. die 10. Aprilis; Ep. 12. f. 273. in Reg. Vatic. Turbulentissimis temporibus gestit Pontificatum, cum incet illius temporis Principes, bella ex bellis sererentur.

XIX.

12. ODOLRICUS & praeftuit Tergestinis 1253. Hic, anxi Tergestina Ecclesia ad tenuorem pervernisset forenam, castellum Pastorium, à Tergestinis civibus contingentis pro pretio marchis acceptis, cum provocatorio jure divididit, sibi tantum procedendi monetas jure, graviorumque rerum arbitrio reservato, oppignorata latitudia à suo Antecessore multa redemit. Lugdunensis Concilio intersuit, iussusque à Rotaldo Aquilejæ Patriarcha, cum tringinta millibus armatorum Brixiam cinxit obsidione, eundemque Patriarcham contra Comitem Maynardum de Goritia strenue defendit.

XX.

13. LEONIDAS eadem dignitate fulsit, cuius adhuc memoria extat in quibusdam procaesis denariis. (,, Et hic forsitan idem est cum eo, quem Leonardus appellat Bucellinus, & praeftuisse inquit an. 1260.)

XXI.

14. ARLONGUS de Wocisporch ex Canonico à Capitulo postulatus anno 1254. Scriptit Innocentius Polensi, Petinensi, & Justinopolitano Episcopis, ut si ipsum idoneum invenirent, confirmarent. Datum Neapoli 15. Kal. Octobris ann. 12. E. 39. f. 192. Reg. Vat. At Alexander, qui paulo post Ianocentio successit, cum compertisset Arlongum vinculo excommunicationis innodatum esse, illum rejectit, sequentem confirmavit. (,, Arlongi ad., buc visuntur Denarii, quas ex argento cudi justi.)

XXII.

15. GUAROERIUS<sup>b</sup> Canonicus Aquilejenus contra Arlongum à Capitulo eligitur, confirmatur ab Alexandro IV. anno 1255. 3. Id. Martii, ex Reg. Vatic. E. 280 f. 41.

(,, A N T O N I U S ex Bucellino vivebat anno 1273.)

XXIV.

16. ULIVINUS<sup>c</sup> prærat 1282. Cujus temporibus, Venetianæ Civitatem, irrito conatu obsederunt.

(,, OLIVERIUS dicitur in documento, quo an. 1286. 19. Febr. eligitus arbiter ad definiendas controversias inter Joannem Dandulum Venetiarum Ducem, & Patriarcham Aquilejen. Raynum dum vertentes. Illud extat descriptum in Tripartito Codice.)

XXV.

17. L. de Toppo hanc eandem sedem tenebat anno 1287. Hic militare magis, quam Episcopale geslit Imperium. Etenim tum domi, tum foris Ecclesie sibi creditæ armatus jura defendit, ejusdemque Ecclesie Tergestinis civibus aliquot jura divididit, duriori urgente necessitate, prouidenzi denarios tantum sibi jure reservato.

18. HENRICUS hujus nominis II. floruit 1304.

19. RODULPHUS Morandinus, sive de Pedralianis & de castello Rebecco, Amouensis dicesis, ad hanc sedem pervenit 1304. Cathedram S. Justi instauravit, exornavitque. Episcopale palatium ad hanc, quæ modo spectatur, formam rededit. Plura oppignorata hujus Ecclesie bona redemit. Prælatusque rerum usu præcipius, ac dignus profecto, cuius memoriam oblivio nunquam leperiat. Excessit et vivis anno 1320. Ex cuius excessu Georgius Feltrensis Episcopus, à Joanne XXII. Pontifice iustus, hanc Ecclesiam administrandam suscepit usque ad annum 1327.

(,, G R E G O R I U S igitur, non autem Georgius, Ordinis Prædicatorum, primum Torrensis, deinde Feltrensis, & simul Bellunensis Episcopus, hanc etiam Ecclesiam administrationis titulorum regendam suscepit post decepsum Rodulphi usque ad an. 1327. quo obiit.)

20. Fr. GUILLEMUS ex Ordine Minorum, Episcopus Sagonensis in Corsica, ad hanc Eccle-

siam translatus fuit anno 1327. 9. Kal. Februarii. Fato functus 1331. sepultusque est in Ecclesia S. Francisci, ubi adhuc ejus sepulchrum spectatur.

21. F R. PAX de Vedano Mediolanensis, ex Ordine Prædicatorum, Longobardæ Provinciae, hanc sedem est assecutus 1331. Die 24. mensis Septembris pollicetur sacro senatu solitum subsidium. Capitulo dono dedit tertiam funeralium partem. Ad ipsum sequentem scriptit Epistolam Benedictus XII. anno 1357. quæ habetur in Regest. Vatic.

Benedictus Episcopus servus servorum Dei.  
Venerabilis Fratri Paci Episcopo Tergestino salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum, sicut acceperimus, tu Ordinis Fratrum Prædicatorum, tunc in minori officio constitutas, Apostolica auctoritate in Provincia superioris Lombardie Inquisitor prævatis hereticæ deputatus, una cum venerabilibus fratribus nostris Aicardo Archiepiscopo Mediolanensi, qui Apostolica, & ordinaria auctoritate fungebatur, & Jordano Episcopo Bobiensi dicti ordinis ranc in minori officio constituto, & Apostolica auctoritate prædicta in dicta Provincia Inquisitore similiter deputato, ac quibusdam aliis fratribus ejusdem ordinis conquistoribus vestris super pravitate prædicta tunc eventibus, qui dicuntur de hac luce transisse, contra damnacæ membre Matthæum de Vicecomitibus de Mediolano, ejusque filios, nec non adversus nonnullas singulares personas Mediolanens. Novarien. Pergamen. Cremonen. Cuman. Vercellen. & quarundam altarum civitatum, ac castrorum, villarum, & locorum allatum partium vicinarum, super fautoria præfatorum. Matthei, & filiorum ejus inquisivisti communiter, & divisim, & nonnullos processus super hoc contraposos fecisti, & condemnationum sententias promulgasti. Cum itaque de dictis processibus, & sententiis tam per te, quam per inspositionem eorum velut plenus informari, fratrem mactat tue præcipiendo mandamus; quatenus cum omnibus processibus, & sententiis supradictis, ac scripturis aliis, nec non depositionibus, & attestacionibus testium super præmissis habitis, & receptis, quos, & quas per te, & alios poteris quomodolibet reperire, infra proximum futuram festum Pentecostes ad nostram studias presentiam personaliter conferre, præfatis etiam Archiepiscopo, & Episcopo per alias nostras consimiles literas injungimus, ut ad nos properèa venire procurent.

Dat. Aventon. 10. Kl. Martii anno tertio.

Cætorum dum Pax hanc sedem administraret, Veneti, ejurata pace, hanc civitatem invaserunt; illeque decessit 1340. post cuius excessum, Tergestina sedes per duos annos proprio stetit viduata Pastore. Ex lib. obligat.

22. FRANCISCUS Amerinus adleitus fuit anno 1342. 14. Kal. Augusti à Clemente VI. cum esset Scholasticus Tullenensis, & Capellanus ejusdem Pontificis, defuncto Joanne Gremone à Capitulo postulato, ex Reg. Vatic. E. 14. f. 36. ann. p. Hic in Pannonia legatione fuctus est nomine dicti Pontificis lib. obligat. Translatus postea fuit ad Eugubensem Ecclesiam 1346.

23. LUDOVICUS della Torre Mediolanensis, in lib. obligat. vocatur Tergestinus electus 1347. f. die 4. mensis Augusti, translatus ad Olonensem an. 1350.

24. ANTONIUS g Niget, Venetus, Decanus Ecclesie Cretensis anno 1350. 3. Kal. Aprilis, ex Reg. Vatic. E. 15. f. 134. Hic cum populo Tergestino diuturnas lites exercuit de vestigalibus Mortii oppidi, aliorumque bonorum suæ Ecclesie, Patriarchæ Aquilejenis ad id implorata ope, ut scilicet sibi liceret Ecclesiastis intentatis censuris ad æquum ius adversam partem compellere. Quod interdum tanta contentione animorum factum est, ut patrum absuerit, quin iretur ad atma: sed demum per utriusque partis honorarios arbitrios est omnis direpta anno 1352. Haec oculis hic Præsul Tergestinæ civitatis à Venetis illatum excidium; ipse-

X X I.

<sup>a</sup> Hunc in verbo ordine preponebit Lodo. vico Bu. cellinus.

X X II.

<sup>b</sup> Seu de Petrozzi.

X X III.

<sup>c</sup> Hunc in verbo ordine preponebit Lodo. vico Bu. cellinus.

que

**XX XIV.** que anno 1368. 18. Kal. Februarii Archiepiscopus Cretensis est renunciatus.

**25** Fr. ANGELUS *a*, Clodiensis Episcopus successit 1368. die 18. Kal. Februarii anno 1380. Tergestinam civitatem Pannoniæ Rex Venetis ademit, civibusque restituit. Decessit Angelus 1383. die 12. m. Augusti.

**26** Fr. HENRICUS *b* hujus nominis Bohemus, sive Moravus, de Vvildestein, ex Ordine Heremitarum S. Augustini *b* ad Ecclesiam Peteneensem fuit translatus 1390. qui dum federeret, Tergestini cives Leopoldo Archiduci Austriae sponte se dederunt.



**27** Fr. SIMON Saltarellus, Florentinus, ex ordine S. Dominici, Magister sacri Palatiic, insignis Theologus, Comaclensis antea Episcopus, adhanc Ecclesiam fuit translatus à Bonifacio IX. Pontifice 1396. 2. Id. Octobris. Hunc ægris oculis Tergestini intuebantur, quippe qui maluissent civem sibi præfesse, quam externum; ideoque satis contentiose ejus Episcopatus dicitur iniisse possessionem. Decessit 1408.

**28** JOANNES Abbas S. Mariæ de Pratella, Patavinus, ex ordine D. Benedicti, à Greg. XII. Simoni Saltarello suffectus est, quem postea Alexander V. translavit ad Ecclesiam Tripolitanam.

**29** Fr. NICOLAUS de Carturis, ex Ordine Minorum, Tergestinus civis, suæ patriæ adlectus Episcopus est, Alexandro V. sedente 1409. quinto Id. Augusti. Hunc ob raras animi dotes plerique suspexerunt. Fato functus est 1417.

**30** Fr. JACOBUS *d* Ballardius Laudensis ex ordine S. Dominici, sacri Palati Magister e Laudensi sede ad hanc fuit translatus 1417. 4. Kal. Januarii. Interfuit Constantiensi Concilio. Anno vero 1424. transit ad Urbinatem sedem. Ex Jacobi autem cessione, cum Federicus Romanorum Rex Capitulum compulisset, ut Nicolaum Aldergardium ejusdem civitatis civem eligeret in Episcopum, illumque Martinus V. Pontifex vitio electum censuisset, Nicolaus rediit ad vitam privatam, cum apud eum plus valuisset Pontificis auctoritas, quam Cæsarialis violenter jus usurpatum.

**31** MARINUS *e* de Coroninis Arvensis ex Episcopo Traguriensi, factus est à Martino V. hujus sedis Antistes anno 1424. die 22. mensis Decembri; sed cum obfidentibus civibus Cleroque, noviter electus sibi demandatum non posset adire sedem, Marinus non modo Clerum, sed populum ipsum suspendit, exilioque mulctavit intrusum, donec ex auctoritate Romani Pontificis, attributo Pastori sibi parendum esse arbitraretur. Decessit autem Marinus 1441. (,, cum Ferrarien. Synodo interfuerit an. 1438.)

**32** NICOLAUM deinde Aldergardium, quod sanctæ Romanæ sedi paruisset, Eugenius IV. Pontifex jussit transfire ad Tergestinum Episcopatum 1441. 3. Kal. Decemb. Pie, sancteque se gessit, præcipue ubi de aliena salute ageretur. Ecclesiam S. Sebastiani ædificavit, magnamq; eidem bonorum doctem dixit; cumque ad sex annos præfuerit, excessit e vivis. Post cujus excessum Federicus III. Rex Romanorum obtinuit à Romano Pontifice jus præ Italia Sacra Tom. V.

**A** sentandi, tam sibi, quam suis successoribus ad hanc Tergestinam Sedem in Episcopum eligendum, ea tamen lege, & conditione, ut nominarent externum, quo Tergestini tranquillus degerent sub nulli obnoxio Pastore. Quibus tamen conditionibus Cæsares non stetere: scribere magis, quam accipere leges assueti. (,, Hallucinatur hic Bucellinus Marinum, quem de Coroninis diximus, semel, & iterum in hanc seriem retinendo.)



**33** ÆNEAS Sylvius Piccolomineus *f* Senensis secretarius Apostolicus, nominatus à Cæsare, à Nicolao V. hujus Ecclesiae fuit electus Antistes 1447. die 5. men. Junii. Præfuit ad tres, & eo amplius annos tanta populi Tergestini gratulatione, ut civem, non externum hominem videretur excipere. Deinde Senensis Episcopus evasit, mox & Purpuram est consecutus, tum & Apostolicæ Sedi promotus est sub nomine Pii II. cum III. Calixto defuncto successisset.

**34** LUDOVICUS Æneæ successit, quem deinde Olorensis Sedes exceptit anno 1451.

**35** ANTONIUS Sapug *g* Tergestinus, creatus anno 1451. die 15. Maii. Hic vigilissime Ecclesiam sibi commissam administravit, celebratisque saepius diœcesanis synodis, Clerum suum ad eminentissimos instituit mores. Præfuit 37. annos, exceptusque 1487.

**36** ACHAJUS de Selriaco Carinthius, suffectus est die 9. mensis Junii, anno 1487. (1) E vivis exemptus est 1502.

**37** PETRUS Bonomus, Tergestinus, Federici, ac Maximiliani Imperatorum Secretarius, patriæ adlectus Episcopus est anno 1502. die 5. mensis Aprilis. Bonis artibus excoluerat animum, moxque emendaverat ad libellum prudentiæ. Splendide Episcopatum refecit, illiusque finibus prolatis, exornavit. Quadraginta, & septem annos Tergestinam administravit Ecclesiam, decedensque fui quā maximum reliquit desiderium. (,, Concilio Lateranen. interfuit an. 1514. primusque titulum Principis affectus est; ut Bucellinus testatur.)

**38** FRANCISCUS Rizanus *h* Dalmatinus, ex Episcopo Segnensi, ad hanc Ecclesiam translatus est 1549. Paucos menses hanc administravit Ecclesiam: siquidem cum in suspicionem venisset, in exiliū pullus, confectus mœrore, vitam finivit.

**39** ANTONIUS Paregues Castildejus *i* Hispanus ad hanc Sedem pervenit 1549. Præfuit novem annos, translatusque est ad Archiepiscopatum Carolitanum in Sardinia 1558.

**40** JOANNES Berta Tridentinus, Abbas S. Gothardi, ad hanc Ecclesiam fuit adlectus 1560. 5. Aprilis. Protulit ætatem usque ad annum 1572.

**41** ANDREAS Rapicius civis, & Episcopus Tergestinus 1572. Vir clarissimus (,, veneno fuit sublatuſ.)

**42** HYACINTHUS Frangipanius Forojulienſis [,, prærat anno 1578.]

**43** NICOLAUS de Corret Tridentinus (,, an. 1588.)

**44** JOANNES Ragarinus, k Goritiensis, Caroli Archiducis Austriae præceptor, Tergestina di-

**XLI.**  
*f* De eo  
Ciaconius  
Oldoini  
tom. 2. col.  
998. &  
999.

**XLIII**

**XLIV**  
*g* Goppo  
cognomi-  
natur à  
Bucelli-  
nus.

**XLV.**

**XLVI**

**XLVII**  
*h* Seu Ril-  
lano.

**XL VIII.**  
*i* Castel-  
lus Bu-  
cellino .

**XLIX.**

**L.**

**L I.**

**L II.**

**L III.**  
*k* Al. Pro-  
reginus .

LIV.

LV.

LVI.

LVII.

LVIII.

LIX.

LX.

gnitate nobilitatus est anno 1591. Hic Pastor egre-  
gius Germanici Urbis Collegii alumnus, qui prae-  
ter ceteras pastorales laudes, hanc vel maximam  
inde promeruit, quod Ferdinandi Archiducis spei  
Augustæ familiæ in Germania pene folius in tensi-  
la aestate ad omnem altitudinem excitanda, iudicii,  
virilisque sive viari exercuit.

43 URSINUS de Bertis Tridentinus decessit  
1621. („Claruit ab an. 1597. Bucellino est de Bea-  
rbis Goritiensis.“)

46 RAYNALDIUS Scalvius, creatus die 5.  
Julii 1621. qui deinde translatus est ad Ecclesiam  
Labacensem 1631. („Melius 1630. die 13. Novemb.  
ex Actis.“)

47 POMPEJUS Coronitus; („Goritiensis“)  
ex Episcopo Petrensis, Tergestinus evasit Episco-  
pus 1631. Obiit 1646.

48 ANTONIUS Marcus, Episcopus Pete-  
rensis, hoc translatus die 2. Sept. 1646.

A D D I T I O .

(„FRANCISCHUS Maximiliani Vaccani de-  
mortalis Antonio successus translatus e Petrensis se-  
de 12. Martis 1663. dignus fuit memoriam posteris  
reliquit 1672.“)

49 JACOBUS Gorzzutus, in Goritzie comitatu  
natus, ad hanc cathedram subiectus est 30. Ja-  
nuarii 1673. Diuinus illam occupavit defunctus  
circa an. 1692.

50 JO FRANCISCUS Miller, presbyter nobilis  
Aquilejensis diaconus, S. Theologiae Doctor, crea-  
tus est Tergestinus Episcopus 6. Octobris 1692. Hic  
cum astate, & mala premeret valetudine, Co-  
adjuvorem obtulit cum spe futuræ successionis  
Guillelmum de Leslie, Edimburgi in Scotia na-  
tum, die 18. Decembris 1711. Episcopali Ecclesiæ  
Abderitanæ in partibus titulo decoratum; quo ad  
aliam Ecclesiæ translato, Jo. Franciscus novus  
datus est Coadjutor die 11. Mati 1718. Joseph An-  
tonius Baro del Mestri, presbyter Aquilejensis dia-  
conus, S. Theologiae Magister, & Amyclensis Epi-  
scopi titulo insignitus. )

A nomen traxisse à Neptuni tridente; qui Tridenti-  
nis, olim idolatria cæstis; fuerit pro tutelari  
Deo. A Gallis scribit. Trogus suam duxisse originem,  
cum Veronam aliasque vietas condenserat ci-  
vitates. Ab antiquis Hetrusci aliis, à Rheton non-  
nulli, Alpinarum gentium Duce. Qui propiores  
vero sunt, dicunt, Cænomanos Gallos illam pro-  
latis finibus intauasie. Cum Romanis eandem  
olim fortunam tulit, quorum cum Majestas, ar-  
maque exolevisse, à Theodosio Gothorum Re-  
ge domita est, atque excisa; sed cum ex amenita-  
te soli, illum penitus efficerat, à circumvicinis  
populis iterum reædificandam curavit anno 415. ut  
Platina in vita Gelafii, Janusque Pyrrhus Pincius  
de Tridentinæ civitatis origine scribunt. Gothis  
Longobardi, effera gens, successere, quos iterum  
Romani Cæsares exegerunt, à quibus denique Ro-  
manorum jurisdictione cessit, atque ab iis in proprios  
Tridentinos Præfules, tam in divinis, quam in  
humanis est derivata: cuius civitatis Præfules,  
Proceres Imperii sunt appellati, ornatique quam-  
maximis privilegiis. Primum etenim Wincislaus  
Imperator illam Gregorio xi. dono dedit (1): in-  
de vero, cur, quave occasione ad Tridentinos  
Præfules cœperit pertinere, non mihi constat. Cæ-  
terum illius meminerunt Strabo in 5. lib. Plinius in  
lib. 3. c. 19. rejicitque hos populos in decima Regio-  
ne Italiz, Livius, Leander, Volaterranus, re-  
centiorum autem quamplures: Sandro (2) Herma-  
gora S. Marci alumno prædicante, Evangelio  
Christi assensa est circa annum 40. nostra salutis,  
qui Jovinum discipulum suum eidem civitati Pasto-  
rem attribuit, eo Christianæ fidei fundamento mu-  
nito, cui successores tuto possent fastigium, non  
facile dejiciendum imponere. Et certe huic Eccle-  
siæ maximo decori ascribitur, Pontificem habere  
Præfulem, qui utraque potestate succinctus illam  
administret, & regat, Cleroque adhuc illibatum  
jus esse, sibi Præfulem eligendi, quem deinde Pon-  
tificia potestas stabiliendum suscipiat. De Episco-  
pis, qui aliquando hanc sedem tenuerunt, scripit  
iupramemoratus Janus Pyrrhus Pincius, deque  
Tridentinis Ducibus, ejusdemque Civitatis origi-  
ne, ac magnitudine lib. 6. Cathedrale Templum S.  
Vigilio Episcopo Tridentinorum Divo Tutelari  
dedicatum est, præcæ, nobilisque architecturæ.  
Extantque in eadem civitate plures alia visendæ  
ecclesiæ, in quibus S. Maria eminet, marmorum  
diversicoloris incrûstatura spectabilis, in qua Tri-  
dentinum Concilium, tanto Christianæ Reipubli-  
cæ commido, celebratum fuit. Series Tridenti-  
norum Præfulus, qui Aquilejensi Patriarchæ suf-  
fragantur, sequens est, quæ à primo usque ad hæc  
nostra tempora propeinodum non interrupra decur-  
rit.

A D D I T I O .

51 Tridentina Civitas si alitis monumentis clara non  
foret, celebris satis evasisset ob acceptam primo  
æræ Christianæ sæculo Christianam Fidem; in ore  
siquidem est omni populo B. Hermagoras D. Marci  
discipulum anno à Christo nato 73. Tridentinos ad  
Fidem Catholicam convertisse, ut merito proinde  
hunc Ecclesiæ Tridentina suum agnoscat fundator  
rem. Diocesim autem Ecclesia hæc habet amplissi-  
mam: porrigitur enim in longitudinem 90. millia-  
rium Italorum, in latitudine 80. circiter babens;  
ab Oriente Feltensis & Vicentinus, à meridie  
Veronensis, ab Occidente Brixianus, à Septen-  
trione Brixinenis & Curtensis Episcopatus eidem  
finiuntur. In hac Diocesi præter Urbem Tri-  
dentinam alia sunt Urbes Episcopo inspiri-  
tualibus subditæ. Bisanum Civitas mercatu no-  
bilis, Roborettum, Rippa ad Benacum etiam in  
temporalibus Episcopo ut Principi parens, & Ar-  
ci Civitas Comitibus hujus nominis subdita. Re-  
gio

## TRIDENTINI EPISCOPI.



TRIDENTUM nobilissima, atque antiquissi-  
ma urbs, prima porta occurrit e Germania in  
Italianum progressur. Quamobrem incolæ utriusque  
gentis lingua utuntur, ubi commercium præbuerit  
occasione. Inter montes sita est, sed in jucunda  
planicie. Promotorum angustia populo frequens,  
nobilis, opulenta, hortisque lata est, ac elegan-  
tibus ædificiis. Tridentum dictam volunt, vel à  
tribus torrentibus, Tersina, Saleto, & Persio,  
qui secus illius muros trahunt undas, e propioribus  
montibus scaturientes: quorum tertius civitatem  
percurrentis alluit, dividitque medium. Alii ita  
dictam narrant à tribus jugis, quæ in modum  
trium digitorum extenduntur. Placet aliis, hoc

(1) Fabulosa est hec Venceslai donatio, nullius idonei scriptoris auctoritate nixa. Diu enim ante Venceslauum Tridentini Antiquites ejus  
urbis, & ditionis domini fuerunt. Gentilottus.

(2) In choro templi Cathedralis extant inscriptiones hujusmodi: B. Hermagoras post B. Marcum Aquilejenis Patriarchæ effellas optimis operibus, &  
miraculi clarus martyrio coronatur. .... S. Fortunatus B. Hermagora Episcopus, & ab eodem sibi successor destinatus martyris corona decoratus. Gentil-  
lottus.